

## DEDICATIO.

Dorpati erecto, cujus Meccœnatis mei summi, voluntate lætus, ac lubens me obsequentem præbuissem, nisi muneris, quo jam fungor, conditio obstitisset, ac tenuitas ingenij ac judicij, quam in me, dum me meo metior pede, deprehendo.

Addo hoc postremo loco, quod non publica solum causa me adduxerit, ut Patrocinio vestro Illustri hoc scriptum commendarem, sed quod privatis etiam rationibus ad id impulsus sim. Per illustris, & Generosissimus Dominus Comes JACOBUS de LAGARDIE Regni Mareschallus, Dominus meus gratiosissimus, pupillos suos, Nobilissimos Dominos VVILLEMANNOS, fidei, curæ, & institutioni meæ per triennium concedidit, quibus cum non solum exterarum Regiones, & Academias in Belgio, Angliâ, Gallijs invisere, sed etiam mediocrem eruditionis suppellectilem mihi comparare potui, in instructissima, & nobilissima omnium regnorum Bibliothecâ Oxoniensi in Angliâ, quo beneficio persequi-